

de manu naaman: et suspensus est in patibulo quod parauerat mardocheo. **I**n epistola monet apostolus armari contra diaboli armatura dei dicens. **C**osortium habetis in domino et in potentia virtutis eius etc. que est ad ephes. vi. c. et post. **Q**uoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem. sed aduersus spiritualia nequicie et celestia: in omnibus semetipsos sicut scutum fidei etc. Sed quia etiam boni armati non possunt per se resistere nisi deus adiuvet. sequitur responsorium. **D**omine refugium factus es nobis etc. quia si lassamur vel saniamur in hoc bello non est refugium nisi ad ipsum unde sequitur in quibusdam ecclesiis alia. **L**auda anima mea. d. q. et hoc sauciati in hoc bello non sanantur nisi a domino: et multum ab eo sanantur: id est in quibusdam ecclesiis sequitur euangelium de sanatione filii reguli. **E**rat quidam regulus cuius filius infirmabatur etc. quod est Jo. iij. c. **P**er istum regulum intelligunt reges. scilicet prelati qui reges sunt: et debent esse humiles: et ita sunt reguli unde exaudiuntur: habent parvam fidem per sanationem filiorum. **C**redebatur enim iste regulus quod dominus poterat sanare filium suum: sed non credebatur quod esset deus: quia credebatur quod non posset sanare nisi prius. **H**umilitas ergo valde necessaria est prelati. **Q**uia hoc per patientiam maxime vincitur diaboli: proponitur in offer. **J**ob in exemplum unde in sapia. **M**elior est patientes viro forti et qui dominatur animo suo expugnatione viribus: et icipit. **U**ir erat in terra his nomine iob etc. **I**n his verbis autem bulus offer. sit sepe repetitio: de quo dictum est sub dominica secunda post octavas epiphanie. sed quia nihil valet penitus nisi homo speret in domino. sequitur post communio. in salutem tuam anima mea speravit etc. qui spes patientiam operatur.

De dominica vigesima secunda post penthe. **R**ubrica.

Dictum est quod nullus potest iterum eternis nuptiis nisi habeat vestem nuptialem que est charitas: et ideo hoc. xxij. dominica monemur et iuvamur ad habendam charitatem ut non tamen benefaciamus proximo. sed dimittamus iniurias nobis ab eo factas. **U**bi in quibusdam ecclesiis euangelium est de seruo qui debebat decem milia talenta: cum quo dominus posuit rationem: et ille dixit: patientiam habet in me et omnia reddam tibi: et misertus dominus ei: dimisit eum: et debita dimisit ei: et icipit. **S**imile est regnum celorum homini regi qui voluit rationem ponere cum servis suis: quod est Mathei. xvij. c. **S**i quidem die iudicii ponet dominus rationem nobiscum et nullus poterit computare cum eo: quia de tempore quanto reddet hanc rationem quod tam bonum est quod in quolibet momento ei potest homo fieri filius dei: et ideo icipit introit. **S**i iugiter ob. d. d. q. f. quasi diceret nullus. et hoc est patientia habet in me etc. et sequitur Christus. **D**e profundis clamaui ad te domine etc. **I**n epistola. **C**onfidimus etc. ad philip. c. i. iustat nos apostolus ad perfectam charitatem: ut dimittamus fratri: ut deus dimittat nobis: quia sicut habet in fine euangelii. **S**ic et per me celestis faciet vobis si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus

vestris. **D**icit igitur apostolus in epistola. **F**ratres confidimus in. confidendum tale habemus: ut postea sequitur. **O**bscuro autem vos ut charitas vestra magis ac magis habundet: ut sitis sinceres et sitis sine offensa: et tunc est unitas in ecclesia quam non offendimus propter iniurias sed dimittimus. unde sequitur responsorium. **E**cce quod bonum et quod iocundum habitare fratres in unum sed quam illos qui irascuntur sanat dominus per charitatem dum penitent: ideo sequitur alia. **Q**ui sanat contritos corde: et al. co. eoz. **I**n premissis hoc euangelio monemur ad perfectam charitatem ut caute ambulemus ad nuptias cum veste nuptiali. et quia perfecta charitas non tamen impendit beneficia et dimittit iniurias. sed etiam orat per inimicos deo. sequitur in offer. oratio beater ad assuetum regem quod interpretatur beatitudo. id est ad christum et icipit. **R**ecordare domine etc. beater. xliij. c. in offer. rogat per reconciliationem peccatorum: et quia de hac reconciliatione gaudet angeli. sequitur in quibusdam ecclesiis postcommunio. **D**ico vobis et cetera **L**uce decimo quarto ca.

De. xliij. dominica post penthe. **R**ubrica.

In tribus dominicis ultimis scilicet xxiii. xxiiii. et xxv. est idem officium et eis ostendit ecclesia se habere vestem nuptialem. id est charitatem: quia orat per eis ut convertatur: quod fiet in fine mundi quando ventent ad fidem nostram: quod figuratum est in **J**oseph qui noluit longum tempus se manifestare fratribus suis. postea hoc ad ultimum se manifestavit eis et petierunt veniam ab eo et dixit eis. **N**olite timere ego pasceam vos: et inebriatus est cum eis: quia inebriatio significat letitiam omnium in illa conversione iudeorum. hoc autem erit in fine peregrinationis nostre: et ideo de humilitate conversione agit in fine temporis peregrinationis. **I**n quatuor. n. partes divisi sunt tempus anni: put decem est in prebium huius partis et per has tres dominicas agit de hac conversione: quia ad fidem trinitatis convertentur. **I**n hac ergo. xxiii. dominica introitus est de conversione iudeorum et promissione domini. Ipse namque dicit per hieremiam. xxix. c. **E**go cogito cogitationes pacis et non afflictionis: quia ad hoc tendunt mala que vobis inferebo ut reconciliet vos mihi. et nota quod tempore beati tertii imperatoris bruno tullensis episcopus qui de multis sanctis cantus composuit. factus papa per beaticum tertium imperatorem: et vocatus leo. x. dum romanam per papatum veniret. audiuit voces angelorum canentium et dicentium. **D**icit dominus ego cogito cogitationes pacis etc. **I**pse hoc cogitans quod non habet canonici ingressus renunciavit: et iterum a romanis papa eligi: et vitam cum multis miraculis finivit. in graduali hoc agit david gratias de sua liberatione a captivitate spirituali et corporali dicens. **L**iberasti nos ex afflictionibus nos etc. **I**n his vero promittit laudem bonorum operum dicens. **I**n deo laudabimur tota die etc. et quia solus dominus est qui sanat. ideo in quibusdam ecclesiis sequitur alia. **Q**ui sanat contritos corde. **I**n offertorio hoc petit veniam sicut fratres ioseph

